

Christoph Redecker

**Programma Quo Pro-Rector Academiae Rostochiensis Christophorus  
Redekerus, I.U.D. ... ad exequialium iustorum exsolutionem, Quam ... Annae  
Catharinae Vettiae, Viduus Moestissimus, Vir ... Iustus Christophorus  
Schomerus. SS. Theol. Doct. Profess. Publicus ... Hodie ... expetet, Omnes  
Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1688

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777137534>

Druck    Freier  Zugang



Re Becker, C.,

in A. C. Vett

Rost. 1688.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777137534/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777137534/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777137534/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777137534/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn777137534/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777137534/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA  
PRO - RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
CHRISTOPHORUS RE-  
DEKERUS.

J. U. D. & P. P. Consistorii Ducalis p. t.  
Director ad exequialium justorum exsolutionem,

Fæminæ Nobilissime, omnis virtutum splendore fulgidissima

ANNAE CATHIA-  
RINÆ VETTIE,

Viduus Mœstissimus,

VIR Maxime Reverendus atq; Excellentissimus Director



JUSTUS CHRI-  
STOPHORUS SCHOMERUS.

S S. Theol. Doct. Profess. Publicus, Consistori  
Ducalis Adsestor, & Superintendens dignissimus, Collega  
& Amicus noster æstumatisimus, Honoratissimusq;  
Hodie die 3. Decembbris, horâ primâ, in Templo Jacobæo  
piè præstari expetet;

Omnes Omnim Ordinum Cives Academicos  
Officiosè & per amaner invitati.

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univers. Typogr. 1688.

13.

*Salutem!*



Væ sint generis humani miseriæ, qvantas homo sustineat adversitates, Experientia, optima rerum Magistra, hinculenter docet. Qvotidiè enim alios morbos, qvibus fragile obsidetur corpusculum, alios incertam valetudinis conditionem, alios vitæ ambiguitatem, alios suorum obitum, famam, temporumve injurias deplorare cernimus.

Seqvitur miseria, ut umbra, corpus, nec id, dum vivit comitari definit. Hinc satis, verè qvispiam vitam humanam nominavit miseriarum & calamitatū palæstram. Pugnandū enim nobis est cum peccatō, diabolō, carneq; nostrā; pugnandū nobis cum acerbissimis doloribus, cum exquisitissimis periculis, cum gravissimis molestiis. Hinc aliis eleganter definiit vitam: qvod sit non vita, in qua cura curam trudit, luētus luētum, dolor dolorem, ut unda undam in mari. Pugnacissimi Thraces, teste Valerio Maximo, luētuosa puerperia, lēta vero funera appellabant: illa enim laborum & miseriarum initium, hæc finis. Cum nascitur homo, futurarum qvæsi miseriarum suarum vates, vagitu omnia complet ac lachrymis; & qvamvis omnium sit nescius & ignarus, hoc unum tamen in prima nativitate novit FLERÉ & VAGIRE. Si ad ætatis florem adolescat majoribus periculis, præprimis si ferore & intemperie ejus mens agatur, exponitur. Qvos Herculeos labores, curas, anxietates, molestias non sustineat vir factus! Si ad senilem ætatem, seu, ut Augustinus ait, ad longam infirmitatem pervenerit, moritur paulatim & deflorescit, nec imbre amplius ferre, nec ventos, nec solem pati potest, de omnibus cœli tempestatibus conqueritur. Qvid igitur vita nostra aliud, qvam speculum miseriarum

seriarum, curarum series, mare periculorum, anxietatum, molestiarum, morbi pabulum, victima mortis. Hinc, volente Ambrosio, brevem illam Deus fecit, ut inceſtitiae ejus, qvæ prosperitate vinci vel tolli non poterant, exiguitate temporis finirentur. Ut mare, licet ſumma adſit tranqwillitas, non datur ſine fluctu & undis, ita nec illorum vita ſine mœrore & triftitia, qvi mitiorem forturnam præ aliis ſentiunt. Nullus dies, nullaq: hora læta, cui non denæ aliæ ſuccedunt triftia ac doloris plenæ. Testis, ut reliqvorum depositiones omittam, exceptione major est, *Vir Maxime Reverendus, Dominus JUSTUS CHRISTOPHORUS SCHOMERUS, SS. Theologiae Doctor, Professor Publicus, Consistorii Ducalis Aſſessor Gravissimus, Superintendentis Reverendissimus, Collega atq: Amicus noster Estimatissimus Honoratissimusq: Gaudebat animitus Vir Maxime Venerandus ANNAM CATHARINAM* ſuam, diu multumq; uteri difficultatibus, qvafī oceano, jactatam, in portum perveniffe, omnemq; periculi metum pariendo ſuperaffe. Gaudebat, & ſibi de formoſiſſima gratulabatur filiola. Apud veteres Romanos, dicente Rosino, puerperæ ſtatiſ doloribus defunctæ juonni ſacrificium inſtruebant, & veſtimenta Dianæ conſecrabant. Puerpera noſtra ANNA CATHARINA Fæmina singulari pietate & virtute non has, ſed ANNAM SAMUELIS Matrē imitatatur, devotissimas devotâ mente Deo, onere liberata, agebat gratias. Maritus ardentiffi- mis precibus gratum ſignificabat animum, nec niſi læta ſpirabat. Verūm, ut antea dixi, ſuccedunt lætis triftiora fata, & juxta Poëtam, Gaudia principium nostri ſunt ſæpe doloris. De partu feliciter editō Triumphans noſtra ANNA CATHARINA Marito, qvævis felicia ſperanti, & reliqvis ad ſtantibus inſperatō vale dixit, & animam in- desinentibus ſuſpiriis Deo datori efficaciter commen- dan;

dans exspiravit. Eheu! rerum humanarum inconstantiā, & vitæ fragilitatē! Certe erat *Beatisima* hæc Fœmina longiori vitâ, si ita Deo placuisset, dignissima. ANNA vocabatur & assidua ANNÆ SAMUELIS Matris imitatrix, Pietatem, virtutem ad qvævis utilissimam, promissionem huj⁹ & futuræ vitæ quæ habet, unice colebat. Post Deum in Maritum defixos semper habebat oculos, ab ejus nutu pendebat. Mariam Caroli Burgundici filiam, Maximiliani Primi Imperatoris Conjugem, ad Vitæ usq; finem Maritum sine fuso amasse ferunt. Elisabetham Caroli V. Imperatoris sororem, Christiani II. Danorum Regis Conjugem fortunam fortunæ Mariti junxisse suam, Historicorum monumenta produnt. Idem & nos de *nosta Beatisima* jure affirmare possumus. Praeter enumeratas enim Evadnen, Pantheam, Armeniam. Elisabetham Johannis Friderici Saxonis uxorem aliasq; encomiis Scriptorum celebratissimas mulieres egregie adæqvabat. Soli Deo soliq; Marito placere studebat. Hinc amoris sincerissimi & flagrantissimi vinculum qvotidie hoc firmabatur. Idem volebant ambo, idem nolebant ambo. Erat una mens in duobus corporibus, quid jucundius? Non, exemplo Heleanæ, Paulinæ & Demetriadiis in otio vivebat; sed laboribus œconomicis, & huic sexui convenientibus operam diligentissime navabat. Erat altera Andromache, suæ familiæ exactissima vitæ regula. Et ut innumerabiles *Defunctæ nostra* virtutes paucis comprehendam; talis erat *Beatisima* hæc, quam le descriptam sapientissimus mortaliū Salomon posteritati reliquit. Proverb. 3. & Apostolus Paulus, 1. Timot. 2. Qvò vero melior, eō obitus Marito tristior: Præ maturum enim & insperatum Conjugis obitum amarissime atq; insolabiliter deflet & carissimos sibi cineres, ut Romanorū more loqvar, perpetuō lachrymarum imbre irrogat. De Timanthe celeberrimo naturæ æmulo

æmulo refert Valerius Maximus , qvod , qvando dirum  
Iphigeniæ sacrificium referre deberet , Agamemnonis ca-  
put involvendo summi mæroris acerbitatè arte exprimi  
non posse , confessus fuerit . Hujus optimo jure ego imi-  
tator esse possum , dum *Reverendiss. Viri* , mortem qvondam  
svavissimæ nunc eheu ! desideratissimæ , Conjugis lugentis ,  
dolorem Programmate hocce delineare cogor . Videor  
eqvidem eum mihi audire qvasi clamantem : ubi nunc me-  
arum curarum levatrix , fortunarum conservatrix , libe-  
rorum formatrix ? Verum , qvot præter has qverelas animq;  
ejus persentiat dolores , qvot suspiria trahat , qvot gemitus  
emittat , qvam calidissimis suam ANNAM CATHARI-  
NAM defleat lachrymis , ille judicabit cui svavissima thori  
Socia jam antea per mortem erepta est . Nemo exprimet .  
Cœterum , ut morem Prograñata scribentium non negli-  
gam , curriculum *Beatissimæ nostræ à Mæstissimo Viduo* mi-  
hi transmissum h̄ic inseram . ANNA CATHARINA  
VETTIA in hanlucem nata est Lubecæ die IV. Julii , An-  
no hujus seculi sexagesimo secundo , paternum genus à ci-  
vibus Patriæ urbis & Kiliensis Holsatorū oppidi primariis ;  
maternum à consularibus , patriciisq; familiis apud Lube-  
censes claris ducens ; patre sata Speñatissimo Viro BERN-  
HARDO VETTE , avoq; paterno , optimæ memoriae Viro ,  
CHRISTIANO VETTE Kiliensi & Lubecæ qvondam mer-  
catore locupletissimo , & aviâ paternâ DOROTHEA ME-  
JERIA , Ornatiſſimi Viri CONRADI OSTMANNI , qvondam  
viduâ : ex matre v. prognata , nobilissimâ optimâq; ma-  
tronâ , ANNA ELISABETHA , filiâ nobilissimi viri , qui  
nostræ avus maternus fuit , MATTHIAE BORNEFEL-  
DII , Senatoris patriæ urbis amplissimi , & conspicuæ o-  
mnilaude matris , quæ nostræ huic avia materna saluta-  
tur , ELISABETHÆ WIBBEKINGIÆ . Altius generis  
memoriam repetere nolumus , ne conqvisito alienæ laudis  
cumu-

cumulo videamur diffidere propriæ, qvandoq; idem ipsa,  
cum viveret, magis qvalis ipsa esse deberet, qvam qvale  
fuerint majores, animo volvebat. Inter fideles Parentum  
curas solicite educata, & ad omnes virtutes, muliebrem  
sexum ornantes, feliciter instituta, majori indies suorum  
gaudiō succrexit, & qvid ad fingendos optimos mores tū  
ingenua indeoles, tum virtutis maternæ exempla possint,  
egregiis virtutibus ostendit. Acceptam à primis incuna-  
bulis apud omnes probitatis laudem, ita semper servavit  
integralm, ut ab omni ejusmodi vitio, qvo lubrica ætas fa-  
cile delabitur, qvam qvæ maxime abhorret, nec luxū  
diffluens, nec ambitione elata, nec sermone procax, nec  
otio torpens; sed sobriè, modestè, pudicè suis fatagere re-  
bus perpetuo studeret, & postqvam Patrem anno ætatis  
XVI. amisit, ad materni qvoq; imperii omnem nutum se  
qvām lubentissime componeret. Singularis illa morum  
castitas atq; animi modestia nullius magis, qvām ecclesi-  
astici ordinis viri matrimonio apta esse videbatur, adeoq;  
allicuit amorēm *Vidui nunc Mæstissimi*, ut consiliō matu-  
rē suscep̄tō, ejus nuptias ambiret, cui desponsata est d. 26.  
Junij Anno LXXXIII. & solenni nuptiarum ritu celebrato die  
XXVII. Aug. Anno eodem nupsit. A qvo tempore, qvam-  
vis mox tristi desideratissimæ matris obitu, multâq; cor-  
poris ægritudine non leviter afflcta, semper tamen blandis  
moribus, prudente consilio, strenua rei familiaris cura, &  
qvod caput est, piis precibus, cultuq; Dei assiduo, omni-  
busq;, qvæ in uxore laudari possunt, dotibus se marito  
probavit, neq; qvisq; vnam bonus est, cui qvidem innotuit,  
qui aliud ei testimonium poscit dicere. Conjugium bre-  
ve qvaternâ prole fœcundum fuit, in qvibus filiolus natu  
maximus NICOLAUS BERNHARDUS vix annum &  
qvatuor menses natus ad meliores abiit, non sine dolore  
*Pia Matris præmissus*, reliq; tres filiolæ, SUSANNA  
MAR.

MARGARETA, tres cum dimidio annos nata, ANNA  
ELISABETHA nondum bimula, & qvæ nunc recens in  
lucem edita est, CATHARINA LUCRETIA, *Maxiſſi-  
mo Patri ſuperſites*, amiffæ matris, eheu! jacturam fa-  
ciunt, anteqvam qvid fit, matrem habere, intelligant.  
O utinam diutiū vixifſet ad cœlum emigrans noſtra! Aſt  
Deo cui omnes lubentisimè parere debemus, aliter pla-  
cuit: Is enim nunc eheu! adamantinum hoc matri moniale  
vinculum diſſolvit, cordeq; Mœſtissimi Dni. Vidui acuto  
mortis enſe miſerrimè diſsecto, partē alterā, cum incredi-  
bile remanentis partis dolore pariter ac defiderio, ſepulchro  
intulit. Ita enim Vir Experientiſſ. atq; Excell. Dn. BERN-  
HARDUS BARNSTORPHIUS, Medic. Doct. Civitatis  
Physicus & Acad. Profess. Publ. Collega atq; Amicus no-  
ſter. Aſtumatiſſimus attestatur, cujus verba ſunt: Pericu-  
loſiſſimi Affectus Uterini, multū, hodiē ex partu graviter decu-  
bentibus mulieribus, faceſſentes negotii, pīe Defunctam Noſtram  
tantō cum impetu invasere, ut, vocatus altera à partu ad eandē  
die np xxiv. Nov. circa horam 2. pomeridianam in maximis an-  
goribus & doloribus conſtitutam viderim. Qverebatur enim ſe-  
ſentire in infino ventre atrocifſimos & tantū non intolerabi-  
les, cum anxietate præcordiorum, vomitu & suffocationis pe-  
riculo conjunctos, dolores, qvi qvoties Uterus inflabatur, & in-  
ſtar globi hinc inde in ventre vagantis convulſivè movebatur, in-  
tantum augebantur, ut ſpretis omnibus in ejusmodi caſib⁹ aliás  
proficiſ ſremediis, accedentibus in ſuper animi deliqviis, ſudori-  
bus frigidis, contracturis ner vorum ac tendinum, inſenſilitate  
itidem partium extremarum, circa horam ejusdem diei duodeci-  
mam nocturnam, poſtqvam prius Dn. Marito, viduo proh! Mœſ-  
tiſſimo, & circumſtantibus omnibus vale dixiſſet, inter illorum  
preces, ſuſpiria, & lachrimas, placide in Christo obdormiverit.  
Hæc ille. Ita eſt, placide obdormivit, mortalibus Immortalis facta  
vale dixit, & Te Vir Reverendissime Viduum mœſtissimum, liberosq;  
tuos, dolorum adhuc incapacem, orphanos præmaturo eheu! abi-

tu

tu suo fecit. Nemo luctum justissimum tuum in vitium vertet,  
nemo nostrum conditionem tuam non luget & doloris tui par-  
ticeps est. Verum cum , me non monente V. O. optimè noveris  
conjugem mellitissimam non obiisse; sed abiisse, & qvidem jussu  
divino; non dubito, qvin acerbissimum dolorem temperaturus  
sis. Videtur desideratissima Tua Conjur Te, ut olim Dorothea  
Tonna conjugem Andream Burgum Cremonensem Eqvitem &  
consiliarium Cæsareum alloqui, *Cujus alloquium extat inter monu-  
menta Italia à Laurentio Scraderio edita.*

Quid gemis heu ! tanto felicia funerali luctu,  
Turbantur lachrymis gaudia nostra tuis.  
Parce, precor, tristes questus effundere, vixi  
Non erat in fatis longior hora meis.  
Immatura peri, sed tu diuturnior annos  
Vive meos Conjur optime ! vive tuos.

A Patre commiserationum & Deo omnis Consolationis è sa-  
crae Scripturæ Israëlis penetrantissima depellendo tanto dolori Tibi  
Vir Venerande animitus appreco remedia. Deus Abrahami  
te in omni afflictione tua consoletur, Vulnus cordi tuo infil-  
ctum ipsemet curet sanetque. Nostrum interea erit *Gives Optimi* exequias à primo Nostræ Academiæ Theologo Conjur  
qvondam mellitissimæ nunc heu ! desideratissimæ hodiè pa-  
ratas frequentissimo condecorare comitatu. Merita Mœstis-  
simi Vidui, Virtutes Optimæ Defunctæ, splendor fulgidissimæ  
familiaæ, nostraque pietas omni jure id postular. Adeste igitur,  
adeste & per symbolum socii luctus publicum dolo-  
rem Nobilissimæ Familiaæ aliquomodo  
lenite.

Conventus erit hora I. postmerid. d. 3. Decembr,  
Anno 1688. in ædib. D. Jacobi.

ms(O)s



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777137534/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777137534/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777137534/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777137534/phys_0014)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777137534/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777137534/phys_0015)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777137534/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777137534/phys_0016)

DFG

**MARGARETA**, tres cum dimidio  
**ELISABETHA** nondum bimula,  
 lucem edita est, **CATHARINA LU**  
*mo Patri superstites*, amissæ matris  
 ciunt, anteqvam qvid sit, matrem  
 O utinam diutiū vixisset ad cœlum  
 Deo cui omnes lubentissimè parere  
 cuit: Is enim nunc eheu! adamantinu  
 vinculum dissolvit, cordeq; Mœstis  
 mortis ense milerrimè dissecto, partē  
 biliremanentis partis dolore pariter a  
 intulit. Ita enim Vir Experientiss. atq;  
**HARDUS BARNSTORPHIUS**, M.  
 Physicus & Acad. Profess. Publ. Co  
 sterÆstumatissimus attestatur, cujus  
 fissimi Affectus Uterini, multū, hodiè ex  
 bentibus mulieribus, facesentes negotii,  
 tanto cum impetu invadere, ut, vocatus  
 die np xxiv. Nov. circa horam 2. pomer  
 goribus & doloribus constitutam videri  
 sentire in infuso ventre atrocissimos &  
 les, cum anxietate præcordiorum, von  
 riculo conjunctos, dolores, qvi qvoties  
 star globi hinc inde in ventre vagantis co  
 tantum augebantur, ut spretis omnibus i  
 proficuis remediis, accendentibus insuper  
 bus frigidis, contracturis nervorum ac  
 itidem partium extremarum, circa horar  
 mam nocturnam, postqvam prius Dn. M  
 stissimo, & circumstantibus omnibus va  
 preces, suspiria, & lachrimas, placide i  
 Hæc ille. Ita est, placide obdormivit, mor  
 valedixit, & Te Vir Reverendissime Viduum  
 tuos, dolorum adhuc incapaces, orphano



, ANNA  
 recens in  
*Maxissi*  
 turam fa  
 telliganr.  
 ostra! Ast  
 aliter pla  
 minoniale  
 dui acuto  
 n incredi  
 sepulchro  
 . BERN.  
 Civitatis  
 nicus no  
 Periculou  
 er decum  
 n Nostram  
 u ad eandē  
 maximis an  
 ur enim se  
 intolerabi  
 litionis pe  
 atur, & in  
 vebatur, in  
 asibus aliás  
 ius, sudori  
 nsensilitate  
 i duodeci  
 proh! Mœ  
 ter illoru  
 ormiverit.  
 rtalis facta  
 n, liberosq;  
 cheu! abi  
 tu

092

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. UTT